

De indulgenciâ iubilæi que est
plenaria et videtur valde et ratiō
nabiliter instituta seu concessa
tum quia hoīes sunt valde tepidi
ad satisfaciendū maximis debitis penarum
quibus tenenter obnoxij propter innume
rabilia et graua peccata comissa. **¶** ut sal
tem semel in vita graciōse recipiant tale suf
fragium ad soluendum tanta debita de the
zauro inexhaustili meritorum cristi et sanc
torum. **¶** tum ut conseruetur reuerenciâ et
deuocio apostolice sedis. **¶** que originata
est in vrbe. vbi talis indulgenciâ concessa
est cū pontifex romanus sit in terris cristi
vicarius et petri successor. **¶** tum ad confir
mādām fidem catholicam et excitandū fauo
rem eius in mentibus fidelium quā verbis et
factis innumerabiliū passionū et miraculoꝝ
sancti martires defēsarunt et corroborarunt
maxime in vrbe tunc domina mundi vbi et
illorum corpora sine numero requiescunt.
Accedentes enim illuc deuote et visitantes
ecclesias inquirunt et audiunt de locis mar
tiroꝝ et inde confortantur i fide et aiantur

ad constantiam. Quā habuerit in dūm sal
indulgētia iubilēi nondū inueni s̄. Jo. an.
et quidam alij doctores referūt Bonifaciū
octauū instituisse de cōcilio et cōsensu cardi
naliū indulgēciā plenariā. seu cōcessisse de cen
tenario i centenariū accēdētib? ad urbem.
et visitantibus certis diebus quasdam vr
bis ecclesias. scz s̄cti Joh̄anis. lateranen.
s̄cti petri et s̄cti pauli et sancte marie maio
ris qd̄ videt̄ fuisse circa annos dñi. M. ccc
Postea **C**lemens. et exinde **G**regorius. con
siderantes paucos hoies attingē ad centesimū
annum. reduxerūt numerum centum
annorum ad numerum quinquagesimum
vel quinquagenarum ad quem preueniūt
qui inuetrascunt in mundo. Demū **N**icola
us papa quintus qui nunc vivit et regnat
anno domini. M. cccc. l. inchoante in festo
natiuitatis dñi fecit in missaruz sollempnijs
indulgēciā iubilēi publice insinuari. per
dictum totum annum scz plenariam remis
sionem consequi penitentes et confessos qui
dictas ecclesias semel in die visitauerint p
quindēnā vltia mōtanā et circa montanas

Romanas autem et vicinas ciuitates per
mensem Et per totum quinquagesimum
annum mansit dicta indulgentia. Et in
sua bulla patenti hoc exprimente recoli-
t. quatenus prefati summi pontifices modo
declarato idem statuerunt. Et ne quis
sumat dubia pro certis. sciendum est qd in
copia cuiusdam bulle que dicitur esse clemē
tis. multa narrantur que non videntur esse
de stilo curie cum sint leuia et exorbitācia sa-
tis. vnde licet ascribantur clementi non
videntur verisimilit̄ illius nec alterius sum-
mi pontificis fuisse sed ficticie inuenta. Et si
eciam essent. Nicolaus illa nō approbavit.
posset abbreviare dies talis visitacōis sicut
aliquando fecit propter maximam perso-
narum multitudinem illuc concurrēdum.
Notandum est de iubileo qd hoc nomen
secundum interpretationem deriuatur a iō-
bel. Iobel enim hebrayce interpretatur la-
tine iniūm l̄ remissio. vnde iubilēus iniū-
ans vel remissiuus dicitur quia vt dicitur
fiebant in eo remissiones. secundum vero
ethimologiam dicitur a iūbilo iūbilas qd

Inc

figurat magnum gaudium et festum
Nam in tali anno erat magnum gaudium et
festum tempore antiqui patris abrahe
et eius tempore inchoatus. et in veteri lege
prefiguratus. in tempore gratie perfectio
natus. illud Gen. xiiij. Et a summo ponti
fice ad plenariam pene indulgentiam appli
catus. Quantum ad primum refert magis
ter in historia scolastica. quod hebrei credunt
iubileum habuisse in eum quando abra
ham loth nepotem suum qui ductus erat
captivus a quatuor regibus qui debellaue
rant quinque reges scilicet regem sodomorum
ubi habitabat loth quem cum suis a cap
tivitate liberauit. Quia quoniam fuit remissa cap
tivitas eius tunc dicitur loth fuisse quinquaginta
annorum. Ipse abraham in quinquagesimo
anno erat. quoniam dominus ei locutus fuerat quando es
gressus est de aram. et quod abraham peritus
astrorum noverat. quod aeris in temperies que
finitur ex elevatis vel depressis planetis us
que ad quinquaginta annos. temperiem re
ducatur. quod fieri vidit in astris id voluit
imitari in terris ut quinquagesimus an

nus diceret iubeus. **Qu**atu ad scdm ma
davit de? in lege **Leuitici .xxv.** vt post . vii
ebdomedas anoz an? seqns q̄ erat quiqua
gesim? anus diceret iubileus. **I**n q̄ anno fie
bat remissio multiplicat. **N**ā remittebatur
terra a cultura qz nō poterat colē serere q̄ hu
iusmodi remittebat seruitus hōim q̄ tunc
sui serui efficiebant liberi. remittebant de
bita et possessiones vendite reuertebantur
ad priores possessores . similiter et plura
fiebat alia ad gaudium . **S**ed vt dicit
apostolus . **i . corin .** **H**ec omnia in figu
ra contingebant illis . facta sunt autē prop
ter nos . **Q**uantum ad terciū hoc perfec
tionem habuit et fuit impletum quando
quinquagesima die a cristi resurrectione fu
it lex gracie et amoris data discipulis cristi
in monte syon . descendente spiritu sancto
super illos in specie ignis . vnde et tunc
canit ecclesia . **P**atraro quo lege fit remis
sio . **R**esurgens cristus et apprensus eis dix
erat . **J**ohannis . **vicesimo .** **A**ccipite spī
ritum sanctum quorum remisistis pecca
ta . et cetera . **S**ed ipsa quinquagesima

die copiosus receperunt gratia qua remissa est
eis omnis iniquitas que ad culpam et penam per hanc re-
uertit bono ad possessionem antiquam deperditam vi-
te eterne. Prius autem mortali carne indutus dix-
erat petro primo summo pontifici quantum ad par-
cendum peccatori. **N**on dico tibi spes habes usque sep-
tuagies septies. **M**atthei deo octavo. **Q**uod
multipliciter exponitur. **E**t alias expositiones
obmittendo. septuagesimo septem generationes
numerantur a luca. a christo usque ad adam primum
hominum patrem qui dicat. **S**i omnia peccata que habet
que commissa sunt ab omnibus hominibus que fuerunt.
omnia dimittentur ita tamen ut ibi deus non fuerit iustus
et penituerit. **V**enia enim non datur nisi correc-
to. de re iuris. li. vi. et in veritate ecclesie existenti
Vnde et flamma ignis viduorum et demum in-
fernalis egrediens de fornace babilonica au-
bitis quadraginta nouem incendit quos
reperit a caldeis ministros regis diaboli.
quia non venerant ad quinquagesimum
annum remissionis. vitas enim deficiebat.
Eos autem qui in ea erant quia in veritate
erant non tetigit ignis. **D**anielis. iij. **S**ed
benedicebat deum secum habentes similes

figura

filio dei. **Quantū** ad quartū qz solus pa
 pa habet plenitudinē potestatis quo ad iu
 risdictionem a quo deriuat vt a fonte oīs iu
 risdictionis spiritualis in prelatos alios et sa
 cerdotes. xxiiij. q. i. Loquitur. **Et conferre** i
 indulgencias pertinet ad forū iurisdictionale
 ecclesiasticū vt dictū ē supra. **Ideo dare** in
 indulgenciam plenariam spectat solū ad pa
 pam. qui habet clauēs thesauri eccē scilicet
 meritum satisfactorialium cristi et sācto
 rū. **Et nota** qz cum in simbolo fidei vnus ex
 articulis sit sanctam eccēz catholicā sāctoꝝ
 communionem peccatorum remissionem in
 quo comprehendunt effectus grē remissio
 peccatorum per sacramenta. et effectus gra
 tie qui est communicatio meritum et bo
 norum operum que est per caritatem. **Cum**
 relaxatio pene que fit per indulgencias im
 mitatur meritis ecclesie. et precipue passio
 nis cristi si pertinaciter tenetur qz indulgen
 cie non valeant ad remissionem pene habi
 tis debitis circūstancijs l qz papa non possit
 dare plenariā indulgenciā ē hereticū cū sit 3
 articulus fidei et 3 determinacōz vniuersal' eccē.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

